



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Parochorum, Sive Institutiones & Praxes Tum Vitæ, tum Officii Pastoralis

Musart, Charles

Monachii, 1654

V. Omnium maximè cauenda familiaritas cum fœminis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41616

Statores sint. Quid ergo, inquires; tam flagitiosum, tamque graue piaculum, est ludere, praesertim absque scandalo, absque graui temporis, aut æris iacturâ, salutisue periculo? consule tu, quos voles, & videris; certè faciliùs meo iudicio abstinebis omnino, quàm omnia pericula euites.

NVM: V.

Vitanda omnium maximè familiaritas cum foeminis.

Hic si vsquam blanda pericula Sirenium, imò rabidæ Scyllæ, profundæ Charybdes, latentes Scopuli, & infamia multorum naufragiis Acroceraunia. Tritum adagio est; Mare, Ignis, Mulier, tria mala; sed tamen minùs tempestuosum est Mare, Ignis minùs inflammat, in Muliere omnia nocent. Oculi instar Basilisci, vel solo aspectu, venenant; labia, & ora flammam vomunt; vel leuis attactus inficit, & (quod atrocius est) Mulie-

Q7

rem

rem sacrae literae cum Leone, Vrfo, Pardo, Colubro, Serpente comparant; itaque nihil hoc malo nocentius, pau- ue, caue, praesertim in hac tua iuueni- li aetate, quae cum straminea sit, nullo negotio ignem concipit. Eo autem magis cauere debes, quod solemni Castitatis voto te diuino cultui ob- strinxeris; labi aliis peccatum quidem est, tibi enorme sacrilegium. Pronior autem est lapsus, quod conuersatio- nis causam obtendi soleat species ali- qua pietatis. Quid ergo agam, in- quies? monebas paulo superius, mihi conuersandum esse cum omnibus; ne- que aliter esse potest, quam saepe cum foeminis, aut certe abdicandum erit mihi munus Pastorale. Minimè ve- rò, neque enim prohibeo, ne conuer- seris, cum officium postulârit; sed ne familiariter agas; moneo autem ut cautè, ut castè. Audi, quid hac in re tibi SS. Patres praescribant, verba ipsa citabo, quò plus ponderis habe- ant.

ant. Cyprianus de singularitate Clericorum: *Sic ambulate, inquit, sic agite, ut semper Ecclesie Senatus candidus constet; Seueritas circa foeminas vigeat; Auctoritas polleat, vigor teneatur, grauitas veneretur, & ubiq; gustanda est cum mulieribus, non continuanda praesentia; sed quasi transeunter foeminis exhibenda est accessio, quodammodo fugitiua. Et Basiliius ad filium spiritualem: Cum foeminae ne velis uti longis, & otiosis fabulis. Et in constitutionibus monasticis: Si fieri possit, mulierum colloquia, congressusq; funditus fugiamus: sin id non possit, in eo enitendū est certè, ut quam rarissima illa, & quam breuissima sint. Iam verò sanctus Hieronymus ad Nepotianum: *Hospitiolum tuum, aut rarò, aut nunquā mulierum pedes terant; quòd si verò propter officium Clericatus aut vidua visitatur, aut virgo, nunquam domum solus introeas. Tales habeto socios, quorum contubernio non infameris. Solus cum solā, secreto, & absq; arbitro, vel teste non sedeas:**

Ita

Ita Sancti Patres illi; quorum hæc est
 summa: *Cum fœminis agito seuerè potius
 quàm blandè: auctoritatem, vigorem,
 grauitatèmq; conseruato: obiter, & quasi
 per transfennam alloquitor: nec multa;
 nec otiosa; imò rarissimè, & breuissimè.
 In domum tuam non admittito, ipse vix
 adito: nunquam solus cum solâ, loco occu-
 to, absq; arbitro, vel teste confideto. En tibi
 multa præcepta breui compendio:
 paucula mox addam; quia res id po-
 stulat.*

CAPVT VI.

Administratio proprię familię.

NVM: I.

Absint à Contubernio fœmine.

Fœminis, si domi in eodem contu-
 bernio, & conuictu adsint, malum
 præsentius esse non potest; iam enim
 pesti sit in ipsis laribus, & penerrali-
 bus: vtar hîc etiam verbis Sanctorum
 Patrum, ne de meo rem auxisse vi-
 dear;